e-codices

amore flagrare cognoscitur. Et man
data eius facimus. Haec est enim caritas dei
ut mandata eius custodiamus. Hoc
et ipse dominus dicit. Si quis diligit me
sermonem meum servabit. Probatio ergo
dilectionis exhibitio est operis. Vere
enim diligimus mandata eius si a nostris
nos voluptatibus coartamus. Nam qui
adhuc per inlicita desideria defluit.
profecto deum non amat quia ei in sua volun
tate contradicit. Et mandata eius
gravia non sunt. Et ipse dicit. Iugum enim meum
suave est. et onus meum leve. Quae enim
natura sui dura sunt et aspera: spe caeles
tium praemiorum. et amor Christi facit esse le
via. Quoniam omne quod natum est ex deo vin

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 274 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/de/csg/0262/274)